



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

3 Qui nequit accusare, nequibit testificari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

quemadmodum & Balsamon interpretatur. Simulant enim istam tueri fidem, quam oppugnant.

QVÆSTIO II. & III.

Secunda autem, & tertia quæstio eodem concilio Carthaginensi septimo a, uno eodemq; capitulo quarto terminantur.

Illud verò est huiusmodi.

C. I. ¶ Qui ab accusatione repelluntur, aut ad annum 14. nondum pervenerint, testes esse non possunt.

Testes b autem ad testimonium non admittendos esse censemus, qui nec ad accusationem admittunt præcepti sunt, vel etiam, quos ipse accusator de domo sua produxerit. Ad testimonium autem infra annos quatuordecim ætatis suæ non admittantur.

C. II. ¶ De eodem. PALEA.

[Item ex concilio Maticensi 3. c. 6.]

Placuit d sancto conventui, ut testes ad testimonium dicendum pretio non conducantur, & ut quique optimi & fideiiores in testimonium assumantur: ut is, contra quem testimonium e ferre debent, nullam eis possit afferre. f calumniam, & ut nullus testimonium dicat, nisi se iunus.

2 ps. Item in criminali causa.

[Produce testi non potest, qui ante in eum reum testimonium dixit.] sicut in 22. lib. ff. tit. de testibus lege 23. g. innovatur.

Item titulo eod. l. ob carmen. 4. f. testes.

C. III.

SI testes omnes ejusdem honestatis & existimationis sint, & negotii qualitas, ac iudicis motus cum his concurrat, sequenda sunt omnino b testimonia. Si verò ex his quidam eorum i aliquid dixerunt, (licet in pari k numero) credendum quidem est, sed quod natura negotii convenit, & quod inimicitia aut gratia suspicione caret: confirmabitque iudex motum animi sui ex argumentis, & testimoniis, quæ rei aptiora, & vero proximiora esse competent. Non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad synceram testimoniorum fidem, & testimonia quibus potius lux veritatis afficit. Item lege secunda, ff. eod. ¶ In testibus l. fides, dignitas, mores, gravitas examinanda est: & idè testes, qui adversus fidem testationis suæ vacillant, audiendi non sunt. Item l. 2. ¶ Testium fides diligenter examinanda est: ideoque in persona eorum exploranda erunt imprimis conditio cuiusque, utrum quis decurio, an plebeus sit, & an honesta, & inculpata vitæ; an verò quis moratus, & reprehensibilis, an locuples, vel egens sit, ut lucri causa quid facile admittat, vel an ei inimicus sit, adversus quem testimonium fert, vel amicus ei, pro quo testimonium dat. Nam si careat suspicione testimonium, vel propter personam, à qua fertur, quòd honesta sit, vel propter causam, quòd neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitia causa fiat, admittendum est. Item eadem lege paulo inferius.

3 ps. ¶ Lege Julia de vi cavetur, ne hac lege in reum testimonium diceret licet ei, qui se ab eo, parenteve ejus liberaverit, quive impubes erit, quive iudicio publico damnatus erit, qui eorum in integrum restitutus non erit, quive in vinculis, custodiæve publica erit, quive ad bestias, ut depugnè, se locaverit, quave palam quæstum faciat, feceritve, quive ob testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepisse iudicatus, vel convictus erit. Item l. quarta. ¶ Lege Julia publico-

a & in Affr. c. 91. b C. l. c. 101. Rabanus in pan. cap. 1. Burch. l. 16. c. 20. lvo p. 6. c. 362. Pann. l. 2. c. 23. c al. Manticensi. d extra de testib. c. 1. Bur. l. 16. c. 31. e al. testimoniarie. f al. inferre infamiam. g Tit. s. l. produci. h al. omnia. i ab est ab orig. k al. impari. orig. l testimonium. orig.

rum iudiciorum cavetur, ne invito denuntietur, testimonium litis dicat adversus focerum, generum, fratrem, privignum, sobrinum, sobrinam, sobrinorum, cosve, qui priore gradu sint. ¶ Item, ne filii ipsius, liberorumve ejus, parentum, viri, uxorisve, item, a ut nec patroni, patronave adversus libertos, liberti adversus patronum cogantur testimonium ferre. ¶ Cum b autem excipiatur, negent, aut ferant testimonium dicere cogatur, generi appellatum sponsum filia quoque contineri placet. ¶ Item sponse Patrem. Item lege sexta. Idonei non videntur se testes, quibus imperari potest, ut testes fiant. Item lege septima. Servi responso tunc credendum est, cum lita probatio ad eruendam veritatem non est. Item octava. Inviti c testimonium dicere non coguntur, neque, valetudinarii, vel milites, vel illi, qui cum magistro rei. causa absumt, vel quibus venire non licet. Item lege decima nona. ¶ Publicani etiam testimonium dicunt invitati. ¶ Item is, qui non detestandi testimonii causa aberit. ¶ Item is, qui exercitum præbet condaxerit. Sed nec pupillis testimonium dicendum potest. Item l. 20. ¶ In testimonium accusator re non debet eum, qui in iudicio publico reus erit, qui minor viginti annis erit. Item l. 21. ¶ Obnoxiosum famosum damnatum, inestabilis sit. Item. ¶ Qui cogatur, non tantum privati, sed etiam magistratus in presentia sunt, testimonium dicant. Prætor quoque testimonium dare debet in iudicio adulteri causa. Si summi rei conditio sit, ut arenarium testem, vel similes pernam admittente cogatur, sine tormentis testimonium credendum non est. Item l. 24. ¶ Testes conquisitator de domo produxit, interrogari non placuit. Item l. 25. ¶ Patroni quocumque in causa, qui pariter præstiterunt, testimonium non dicant, quod & in eorum testimoniorum observandum est. Item l. 26. ¶ Qui falsò e vel variè testimonia dixerunt, vel in que parti prodiderunt, à iudicibus compentent puniuntur. Item l. 17. ¶ Pater & filius, qui in perestitutus est, item duo fratres, qui in ejusdem patris potestate sunt, testes utrique in eodem testamento, vel eodem gottio fieri possunt: quoniam nihil nocet ex una utriusque plures testes alieno negotio adhiberi. Item l. 18. ¶ Maphroditus f an ad testimonium g adhiberi possit, qualitas inalecensis sensus ostendit. Item l. 19. ¶ Testis idoneus Pater filio, ut filius Patri non est. Item l. 20. ¶ Nullus idoneus testis in re sua intelligitur. Item l. 21. ¶ Ad fidem rei gesta faciendam etiam non rogatus testis intelligitur. Item l. 12. ¶ Vbi numerus testium non adicitur, b etiam duo sufficient. Pluralis tunc cautio duorum numero contenta est. Item l. 22. ¶ In testibus considerandum est, qui simpliciter nisi fuerint re, utrum unum, eundemque, & præmeditatum testimonium attulerint, an ad ea, quæ interrogantur, ex necessitate vestigalia responderint. Item paulo inferius. ¶ Si sine publicis monumentis cuiusque rei veritas deprehenditur, alias numerus testium, alias dignitas & auctoritas, alias veluti consentiens fama confirmata per qua quaritur fides. Non ergo ad unam probationem cognitionem: statim iudex obligare debet, sed in sententia animi sui existimare, k quid aut credat, aut parum sibi probatum opinetur. Item paulo inferius. ¶ Alia est auctoritas presentium testium, alia reliquorum, quæ recitari solent. Item Codicis lib. 4. tit. 1. a

a Et orig. l. idem ex l. 3. b In legibus, quibus excipiuntur. c. orig. c l. inviti. 23. mutata est enim verborum sententia. d qui quid exercitum præbet condaxerit. orig. e. Item, si paulo aliter. e al. falsa, vel veria. orig. f. l. Respondentium. g testamentum. orig. h al. admittit. i l. 21. sum. 4. in magis, sed paulo aliter. k al. asperum. l. Tit. 21. testium.

testis. l. 1. ¶ Soli testes ad ingenuitatis probationem non sufficiunt, nisi instrumentis, & argumentis adjuventur. Item l. 2. ¶ Etiam iure civili domesticis testimonii fides improbat. Item l. 3. ¶ Sola attestatio non probatam, nec aliis legitimis administris causam approbatam, nullius esse momenti certum est. Item l. 4. ¶ Eos testes ad veritatem adjuvandam adhiberi oportet, qui omni gratia & potentia fidem religionis iudicialis debent possint proponere. Item l. 5. ¶ Parentes & liberi invicem adversus se nec volentes ad testimonium admittendi sunt. Item l. 6. ¶ Qui b intendit, suæ intentionis proprias debet asserere probationes, non petere adversarium cogi ad exhibitionem eorum, per quos a sibi negotium fiat. Item l. 7. c. Servi neque pro domino, neque adversus dominum, sed pro facto suo interrogari possunt. Item l. 8. d. Jurisjurandi religione testes prius quam perhibeant testimonium, coarctentur, & honestioribus potius testibus fides habeatur. Vnius vero testimonium nemo iudicium in quacunque causa facile patiatur admitti: imo unius testis responsio omnino non audiatur, etiamsi præclaræ curiæ honore præfulgeat. Item l. 9. Omnibus in re propria dicendi testimonii facultatem iura submovent. Item l. 10. Liberi & testes ad causas postulantiur alienas, si socii, & participes criminis non dicantur, sed fides ab his notitia postulerur. Venturis f autem ad iudicium, per accusatorem, vel ab iis, per quos fuerant postulati, sumptus competentes ministrentur, etiamsi in pecuniaria causa ab alterutra parte testes producendi sint. Item l. 11. Liberi g adversus patronos sponte prodire non audeant, sed ne vocati quidem in iudicium venire cogantur. Item l. 12. Si quis testibus usus fuerit, iidemque testes adversus eum in alia lite producantur, non licebit ei personas eorum excipere, nisi ostenderit inimicitias inter se & illos postea emeruisse, ex quibus testes repellit leges præcipiunt: non adimenda scilicet ei licentia ex ipsis depositionibus testimonium eorum arguere. Sed & si liquidis probationibus datione, vel promissione pecuniariam eos corruptos esse ostenderit, etiam cum allegationem integram ei severari oportet.

¶ In hoc capite varias leges digestorum & codicum ita refert Gratianus, ut interdum eadem profusa asserat verba, interdum vero mutat, ac transponat, & in summam redigat. Ac plura quidem sunt ex originali emendata, nisi ubi Gratianus de industria mutaverat.

1 ¶ Per quos] In vulgatis legebatur, per quos. Emendatum vero est ex manuscriptis, & lege ipsa, in qua agitur de exhibitione testium, non autem de editione instrumentorum.

2 ¶ Coarctentur] Sic in aliquot manuscriptis, que lectio cum his verbis legis, arctari præcipimus, magis convenit, quam vox, coarctentur, que erat in impressis.

Sed obicitur illud beati Brictii, h qui voce pueri triginta dies abortu habentis innocens probatus est. Sed miracula divina sunt admiranda, non in exemplis humana actiois trahenda.

QVÆSTIO IV.

De quarta vero questione Fabianus Papa, epist. 1. ad Episcopos orientales constituit, dicens.

C. I. ¶ Accusator & testis, vel iudex, aliquis simul esse non potest.

¶ Nullus i unquam præsumat accusator simul esse & iudex vel testis: quoniam in omni iudi-

a Testatime] orig. b L. nimis grave] mutata verborum serie. c Paulo alter. d Paulo alter. e Le. quoniam liberi. f Paulo alter. g L. Libertorum aliquibus verbis prætermisiss. h Sulpitius Severus l. 3. vita S. Martini. i Anselm. l. 3. c. 73. Barc. l. 16. c. 11. Ivo p. 6. c. 321. Pann. l. 4. c. 31.

cio quatuor personas necesse est semper adesse, id est, iudices electos, accusatores idoneos, 1 defensores congruos, atque testes legitimos. Iudices 2 autem debent uti æquitate, testes veritate, accusatores intentione ad amplificandam causam, defensores extenuatione ad minuendam causam.

1 ¶ Idoneos] Apud Fabianum, & Burchardum, & Ivo-nem hic locus ita habet, iudices electos, & accusatores, at defensores, atque testes. Verum, quia voces illa, idoneos, congruos, legitimos, sunt in omnibus vetustis codicibus Gratiani, & Pannormæ, nihil est mutatum.

2 ¶ Iudices autem] Hac neg. in epistola sunt, neg. apud alios collectores, nisi in Pannormia.

C. II. ¶ Quilibet in causa duas personas gerere non debet.

Item Damasus Papa, epist. 3. c. 7.

¶ Nullus a introducatur personaliter, sed accusatores & accusati æqua audiantur ratione, juxta quod gestorum ordo exigit. Accusatores vero, & iudices non iidem sint, sed per se accusatores, per se iudices, per se testes, per se accusati, unusquisque in suo ordinabili ordine. 2 pars. ¶ Nam inscriptio primò semper fiat, ut rationem calumniator recipiat, quia ante inscriptionem nemo debet iudicari, vel damnari, cum & sæculi leges hæc eadem retineant.

¶ In Codice libro nono, titulo de accusationibus & inscriptionibus, l. 7. & Codice, eodem libro, de adulterio, l. 6. & titulo de Abigeis, l. unica. ¶ Aliquando etiam sine inscriptione accusatio fieri potest. [Ea enim, que per officiales b præstitibus denuntiantur, & circa solemnia accusationum posse perpendi incognitum non est.] ¶ Item Codice de adulterio, l. 6. c. Si maritus iure mariti, hoc est, intra sexaginta dies utile adulterium uxoris suæ accusare voluerit, quam ex suspitione sola veam facere valet, non continetur vinculo inscriptionis. Item C. de Abigeis, l. unica. [Abasti animalia accusatio non solum cum inscriptionibus, sed etiam sine observatione proponitur.] ¶ Item Cod. de accusa. l. 8. [Si quis se injuriam ab aliquo passum putaverit, & querelam deferre voluerit, non ad statenarios decurrat, sed præsidalem adeat potestatem, aut libellos offerens, aut querelas suas apud acta deponens.] ¶ In 1. dicitur autem criminalibus causis dignum est, ut inscriptiones proponantur, que magnitudinem videlicet criminis tempus, designent, ut alterutram partem digna legum terrore possit auctoritas.

1 ¶ In aliis autem] Lex 16. Cod. de accus. sic habet, in causis criminalibus. cetera vero eodem plane modo atq. à Gratiano inferuntur.

2 ¶ Auctoritas] In vulgatis hic reperitur versiculus, Inscriptio, ex capitulo Damasii: sed abest à vetustioribus codicibus, & frustra reperitur.

De domo etiam iudicis accusator, vel testis produci non debet, nisi in causam suspicionis incidat iudex.

C. III. ¶ Suspicionis incidet in crimen iudex, de cuius domo, vel accusator, vel testis producitur.

Unde Nicolaus Papa ad Mechatiem Imp. epistola, cuius initium est, [Proposueramus.]

Contra ritum ecclesiasticum, contraque venerandas leges producitur accusator de Imperialibus ædibus, & cui imperari potest, ad falsum dicendum testimonium adhibetur. Fiunt suspecti iudices, & mercenarii, & lupi custodes, qui videbantur esse pastores.

¶ Caput hoc emendatum est ex ipso originali Roma impresso.

a Poly. l. 5. tit. 1. Burch. l. 16. c. 31. Pannorm. l. 4. c. 30. Ivo part. 6. c. 337. b officium.] orig. c Ea quidem, C. de accus. & inferri.

